



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 vtrum sit magis meritorium facere aliquid ex voto quàm sine voto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ieiunium Ecclesie, peccat contra abstinentiam, & non contra obedientiam formaliter, si desit cōtempusita uotum subternit, actū ieiunij uirtuti religionis, tanquam necessarium ad illam. Et propterea frangens ieiunium uotiuum peccat contra religionem, & non contra abstinentiam formaliter, si desit superfluitas gulæ opposita abstinentie.

ARTICVLVS VI.

Utrum magis sit laudabile, & meritorium facere aliquid ex uoto, quam sine uoto.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod magis sit laudabile, & meritorium facere aliquid sine uoto, quā cū uoto. Dicitur enim. Prosper in secundo de uita contemplatiua. Sic abstine re, uel ieiunare debemus, ut non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non deuotū, sed inuiti rem uoluntaria faciamus: sed ille qui uouet ieiunium, subdit se necessitati ieiunandi. ergo melius esset si ieiunaret sine uoto.

¶ 2. Præter. Apost. dicit 2. Cor. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem. n. datorem diligit Deus: sed quidam ea que uouet, ex tristitia faciunt, & hoc uidetur procedere ex necessitate, quam uotum imponit, quia necessitas contristans est, ut dicitur s. Metaph. ergo melius est aliquid facere sine uoto, quam cum uoto.

¶ 3. Præter. Uotum necessarium est ad hoc, quod firmetur uoluntas hominis ad rem quam uouet, ut supra habetur. sed non potest firmari melius uoluntas ad aliquid faciendum, quam cum actu facit illud. ergo non melius est facere aliquid cum uoto, quam sine uoto.

SED CONTRA est, quod super illud Psal. 75. Vouere, & reddere, dicitur glossa. Vouere uoluntati consilium: sed consilium non est nisi de meliori bono. ergo melius est facere aliquid melius opus ex uoto, quā sine uoto, quia qui facit sine uoto, implet tantum unum consilium, scilicet de faciendo: qui autem facit cum uoto, implet duo consilia, scilicet & uouendo, & faciendo.

RESPON. Dicendum, quod triplici ratione facere idem opus cum uoto est melius, & magis meritorium, quam facere sine uoto. Primo quidem, quia uouere sicut dictum est, est actus laetitia, quæ est præcipua inter uirtutes morales. Nobilioris autem uirtutis est opus melius, & magis meritorium, unde actus inferioris

& contra obedientiam. ¶ Et ex his patet solutio primæ obiectionis, scilicet quod pro regula, quod quando actus cadens sub uoto, non est necessarius, cessante uoto, tunc transgressio uoti non uerò esset necessarius, tunc ultra transgressio

ris uirtutis est melior, & magis meritorium ex hoc, quod imperatur a superiori uirtute, cuius actus fit per imperium: sicut actus fidei, uel spei melior est si imperetur a charitate. Et ideo actus aliarum uirtutum moralium, puta, ieiunare, quod est actus abstinentiæ, & continere, quod est actus castitatis, sunt meliora, & magis meritoria si fiant ex uoto, quia sciam pertinet ad diuinum cultum, quasi quadam Dei sacrificia. Vnde Augustinus dicit in libro de uirginitate, quod neque ipsa uirginitas, quia uirginitas est: sed quia Deo dedicata est, honoratur, quam fouet, & conseruat continentia pietatis. Secundo, quia ille qui uouet aliquid, & facit, plus se Deo subicit, quam ille qui solum facit. Subicit enim se Deo non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cetero non potest aliud facere: sicut plus daret hominis, si daret ei arborem cum fructibus, quam qui daret ei fructus tantum, ut dicit Anselmus in libro de similitudinibus: & inde est, quod etiam promittentibus gratiæ aguntur, ut dictum est. Tertio, quia per uotum immobiliter uoluntas firmatur in bonum. Facere autem aliquid ex uoluntate firmata in bonum, pertinet ad perfectionem uirtutis, ut patet per Philosophum in Ethicis. Sicut etiam peccare mente obliuata, aggravat peccatum, & dicitur peccatum in Spiritum sanctum, ut supra dictum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auctoritas illa est intelligenda de necessitate coactionis, quæ uoluntarium causat, & deuotionem excludit. Vnde signanter dicitur. Ne iam non deuoti, sed inuoluntariam faciamus. Necessitas autem uoti per immobilitatem fit uoluntatis, unde & deuotionem confirmat, & deuotionem auget: & ideo ratio non sequitur.

AD SECUNDVM dicendum, quod necessitas coactionis, in quantum est contraria uoluntati, tristitiam causat, secundum Philosophum. Necessitas autem uoti in his, qui sunt bene dispositi, in quantum non a superiore, sed a seipso uotum est, non minus diuini præcepti de uoto seruando. ¶ Super Quæstione octuagesima octaua. In articulo 6. eiusdem q. 88. nota, quod cum in articulo 6. in quinto de specie bonitatis operis

Inf. q. 6. 189. ar. 2. cor. Et 3. q. 28. ar. 4. cor. Et 3. cor. c. 138. Et opus 17. c. 12. & opus sc. 18. c. 13. Li. 2. c. 24. in princ. & cit. s. ult. li.

Li. 5. text. 6. 90. 3.

Art. 3. huius quæst.

Ar. princ.

D. 1175.

peccatum. Imortale. Quod dico, quia possent alie deformitates leues adiungi. Vnde quia promissio de obedientia, quæ fit prælati ex se absolute obligat ad mortale, etiam si nunquam uoto formaretur, quoniam est in perpetuum obligationis uinculum: ideo transgressor uoti obedientiæ peccat dupliciter & contra uotum,

condam bonitatem quaestio agitur, an. f. si melius opus cum uo- no quam sine. Et additur in titulo magis meritorium in habitibus charitatem, quorum solummodo opera sunt meritoria.

In responsione ad secundum eiuſdem 6. art. dubium occurrit, an ille quem poenitet uouisse, ita q̄ displicet ei uouisse, est effectus in statu libertatis, si- cut erat antequam uouisset, nollet uo- uere, et q̄o tamen uouit, ut iungatur, uult feruere uoti iurum, peccat: & si peccat, peccat mortali- ter. Videtur enim quod non peccat: ga- lisse suum feruere in obiectu licitum abs- que aliqua mala cir- cumstantia. Manife- stum est autem, quia idem est obie- ctum istius, & obie- ctum unius alterius non habet uotum, qui refertur obligare se uoto, quem con- tinet non peccare. Dif- ferentia namque in- ter istos duos no est ex parte obiecti: sed ex parte modi uolē- di, quia habens uoti feruere in libertatem uoto conditionali- ter, scilicet si esset in statu libero: non habens uero uotum feruere in libertatem absolute: quia est in statu libero.

In oppositum autem est, quia actus cadens super materia repu- gnante, est malus: sed actus poenitendi in proposito cadit super materia repugnante: quia super bono, scilicet uoto emisso, poeni- tentia enim non debet esse nisi mali praeteriti. ergo huiusmodi poenitentia peccatum est. Et uidetur, quod sit mortale, tum quia ex hoc ipso quod habet materia repugnante, est actus ma- lus ex suo genere: tum quia aliqui religiosi dolens se esse, fuisse, & fore religiosum, parum tamen uideri religioſe ex quo est, esse in bono statu. Dolor istius nihil aliud est, quam poeni- tentia uoti religionis, cum uoluntate non uouendi religionem, si esse liber.

Ad euidenciam horum tria uidentur. Primo, quid dicendū sit de poenitentia uoti absolute. Secundo, quid de poenitentia uoti in talis, puta, religionis, uel peregrinationis. Tertio, quid de poeni- tentia subiectorum bonorum operum.

Quo ad primum sciendum est, quod aliud est loqui de poeni- tentia uoti, & aliud de poenitentia eius quod est fecisse uotum. Nam poenitentia uoti est dolere de promissione: qui autem dolet de promissione promissionem non feruat, ut patet in his qui de ma- lita promissionibus propofitis & deliberationibus dolentes, pro- pofitum deliberationem que mutant, & promissionem non fer- uant. Propter quod poenitentia uoti peccatum mortale est ma- nifeste: sed de tali poenitentia non est praesens quaestio. Poeni- tentia autem eius quod est fecisse uotum, est dolor de praeterita applicatione sui ad nouendum, & non de uoto ipſo. Dolor enim talis poenitens, quod se subiecit uoto, & non mutat propofitum admiptendi promissa propofita, & deliberata. Et de hac poeni- tentia est praesens quaestio, quae uocatur abusus de uoto, quia est de uoto quod ad eius omissionem. De huius igitur poenitentia abſo- lute loquendo, dicendum est, q̄ est de genere actuum, qui abſo- lute sumpti male sonant, qui tamen adiuuctis quibusdam condi- tionibus honestantur. Sicut occidere hominem, male sonat: sed si adiuuctur debita conditio, scilicet propter iustitiam &c. est actus honestus. Non solum namque uotum, sed etiam applicare se ad uo- uendum, est actus bonus, ac per hoc male sonat, q̄ fit materia pe- nitentiae, quoniam poenitentia malorum est: sed si causa aliqua ra- tionabilis adiugantur, poterit actus honestari. Neque enim emissio uoti est ita de genere bonorum, ut non possit licite esse materia actus uolitionis, ut patet in eo, qui uult non uouere, seu refutat uo- uere. Nec obstat q̄ emissio uoti est praeteritum, quia eiusdem rationis est actus praeteritus, & futurus. Eiusdem siquidem ratio- nis est uelle occidere hominem, & uelle occidisse hominem. Simi- liter non obstat, q̄ actus praeteritus est iam acceptatus: quoniam ipſa acceptatio praeterita, & iurata eiusdem est rationis, & idem est de ipſa iudicium, & applicatione ad nouendum. Ratio autem quare aliquid bonum potest licite esse materia uolitionis, ac p hoc poenitentiae est: quia tale bonum non est necessarium ad salutem. Quae enim sunt necessaria ad salutem, non possunt licite refutari: &

A similiter non potest eorum esse poenitentia sine peccato mortali, ut patet. Quo ad secundum differentia est inter uota maximorum, & diuturnorum bonorum, & alia uota. Nam poenitentia uotum maximorum ac diuturnorum ratione suae materiae, infert remissio- rem uoluntatem in bono, quam fuerit, quae sine derimento uirtutis perleuerat non est. Na ubi prius iste, quem modo pe- nitet fecisse uotum religionis, aut continen- tiae, perseverabat in complacentia in- choara uirtutis scilicet eius quod est fa- cere tale uotum, & ip- sius uoti, modo muta- ta uoluntate circa primum, non perseue- rat in illo, quod est quasi radix tanti bo- ni. Et consequenter magis ex necessitate, quam amore perseue- rat in contemnan- do continentiam, & religionem, quod si- ne peccato ueniali non est, nec parui re- culi ad disponen- dum ad mortale. Cui enim minus con- tinencia, aut religio placet, non facile tot peri- cula euadet, aut re- media opportuna suscipiet, castigando corpus, &c. Poenitentia autem aliorum uotum, ut peregrinationis, ieiunij, & humilimo- di, ratione materiae non infert remissio- rem uoluntatem in bo- no, quoniam sunt particularia quaedam parua bona: & conitit fa- cile aliquem ista bona refutare propter meliora. Unde huius- modi uotum poenitentia nec ratione forma- nec ratione ma- teria, est peccatum, si ex rationabili causa fit: alioquin ueniale peccatum est.

ARTICVLVS VII.

B Vtrum uotum solemnizetur per susce- ptionem sacri ordinis, & per pro- fessionem ad certam regulam.

AD SEPTIMUM sic procedi- tur. Videtur, q̄ uotum non solemnizetur per susceptionē sa- cri ordinis, & per professionē ad certā regulam. Uotum. n. ut * di- ctū est, est promissio Deo facta: ea uero q̄ exterius aguntur, ad fo- lēnitatem pertinētia, nō uiden-

C tinencia, aut religio placet, non facile tot peri- cula euadet, aut re- media opportuna suscipiet, castigando corpus, &c. Poenitentia autem aliorum uotum, ut peregrinationis, ieiunij, & humilimo- di, ratione materiae non infert remissio- rem uoluntatem in bo- no, quoniam sunt particularia quaedam parua bona: & conitit fa- cile aliquem ista bona refutare propter meliora. Unde huius- modi uotum poenitentia nec ratione forma- nec ratione ma- teria, est peccatum, si ex rationabili causa fit: alioquin ueniale peccatum est.

Quo ad tertium, distinguendum est, q̄ aut poenitentia est de ope- ribus bonis factis ex uoto, praesupposito uoto, & sic est manifeste peccatum mortale. Hoc enim nihil aliud est, quam dolere de praeterita obseruatione uoti, quam constat fuisse de necessitate saluti- tis. Aut poenitentia est de ipſis eisdem operibus non praesupposito uoto, sed magis cum eradicatione uoti, uerbi gratia. Plantant quis arborem fructiferam in horto suo, multo tempore fructus prouelit, penitet post multum temporis dominum plantante in suo horto arborem illam, uellerq; caruisse semper illa arbore, & fructibus perceptis, potius quam habere illam cum fructibus. Sic in proposito poenitet aliquis se professum esse, uellerq; nunquam professum esse, non curans quod etiam non fecisset tot bona, quae fecit seruando professionem suam, &c. Poenitentia siquidem ista non est de obseruatione uoti, sed de ipſa applicatione ad uotum cum subsecutis, nullo praesupposito uinculo. Et talis poenitentia eiusdem est rationis, cum poenitentia talis uoti secundo loco dis- cussae. Ac per hoc, si habet pro materia maxima diuturna, quae bona, ut castitatem, uel religionem, peccatum tanto grauius est, quanto remotioris a bono uoluntatis est, dum omnia refutaret bona praeterita si posset, infra latitudinem tamen uenialium ualde proximorum casui ad mortale. Si uero habet pro materia, particu- laria parua bona, posset esse sine peccato, si rationabilis causa subsisteret. Et ex his patet responsio ad obiecta.

Super Quaestione octuagesimae tertiae Articulum septimum.

E In ar. 7. q. 88. dubium occurrit, in quo consistit solemnitas uo- ti. Et est ratio dubij, tum ipsa rei obscuritas, tum diuersitas opi- nionum, tum necessitas sciendi hoc: quoniam hinc multarum quaest. solutiones pendunt. Et ne in aequiuoco laboremus, quid nominis praeponeamus. Solemnitatis nomine in proposito nuncu- pamus illud, unde uotum habet quod dicitur matrimonium. In hoc enim secundum omnes differt uotum solemnne a uoto sim- plici, quod uotum solemnne non solum impedit, sed etiam dirimit matrimonium si contrahatur, ita quod matrimonium post con- tractum, est nullum: uotum autem simplex impedire solummodo matrimonium potest.

Est igitur triplex de hoc opinio. Prima est, q̄ solemnitas uoti consistit in benedictione, seu consecratione uouentis. Duplitter enim solemnizatur uotum scilicet per professionem religionis approbatae, & per susceptionem sacri ordinis, & in susceptione sa- cri ordinis manifeste interuenit consecratio uouentis. In profes- sione

Inf. ar. 9. co. Et 4. dist. 9. art. 2. q. 3. Et quod 3. artic. 18. cor. Et quod 1. 8. ar. tit. 10. cor. Art. 1. huius quaest.